



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 152. Aliud obstaculum ob dissidia Regum Septentrionalium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

nec ab Anglis, nec a Gallis auxilia ad-
versus Turcas speranda esse.

Sæcul. XV.

A.C. 1454.

§. CLII.

*Aliud obstaculum ob diffidia Regum
Septentrionalium.*

Nihil erat, quod Scotos, Suecos, & Norvegios, qui omnes in ultimis quasi orbis finibus sedes suas habebant, & aliunde intestinis diffidiis detinebantur, ad bella externa in tam remotis regionibus gerenda movere posset. Scotorum enim Rex subditis suis rebellibus domandis occupatus erat, quorum caput Comes Duglassius tandem captus, debitas seditionis pœnas luit. Sueciæ ac Daniæ Reges occasione unionis horum regnorum bellis impliciti erant. Exstat præterea Christierni, seu Christiani Daniæ Regis epistola ad Fridericum Imperatorem, in qua literis, quibus ab eo ad conventum Francofordiensem vocatus erat, respondens testatur, nihil sibi gratius accidere, præter oblatam pro Ecclesiæ bono zelum suum probandi occasionem, quam prompte arripere vellet, si modo regnorum suorum res compositæ forent: interea tamen nihil polliceri se posse absque prævia Senatus sui consultatione, quem tamen sine longiori temporis intervallo congregare haud valeret. Se jam

D d 5

in

Sæcul. XV. in eo esse aiebat, ut bellum Norvegiæ
 A.C. 1454. Regno inferret: hisque remoris impedi-
 tum, quominus jam Cæsaris desiderio ob-
 secundaret. Si tamen in præfato Ger-
 manicæ Conventu aliqua ad Religionis
 bonum utilia concluderentur, spondit,
 non defuturum se ceterorum studiis, sal-
 vis tamen regni sui negotiis. Carolus
 quoque Suecorum Rex, quem Christier-
 nus altero post anno regno expulit, nu-
 merofo exercitu ex Gothis, & Suecis col-
 lecto totam fere Daniam inundavit, tan-
 tasque in angustias Christiernum redegit,
 ut auxilia Principum inferioris Germa-
 nicæ implorare cogeretur, a quibus tamen
 exiguum tulit opem.

§. CLIII.

*Odium Helvetiorum in Domum
 Austriacam.*

*Fabr. hist.
 Suev. l. I.
 Dec. 19. ante
 Jn.*

HIS enarratis Æneas hunc in modum
 profequitur: Principes, civitatesque
 Germanicæ continuis inter se dissidiis col-
 liduntur; Helvetii etiam cum Ducibus
 Austriæ vetus, idque implacabile odium
 exercent, hujus populi aversio eo perve-
 nit, ut nequidem nomen Austriacorum
 amplius audire velint, omnesque, qui il-
 lis vel verbo vel opere favent, sine judi-
 cii forma e vestigio occidant. Imo quod
 adhuc plus est, non modo Ducum in-
 signia ex omnibus locis, ubi prius vise-
 ban-